DIOECESIS BARCINONENSIS

Dilecto Nobis in Christo:

Rdo. Dno. GEORGIO FARRERO FUSTÉ - - - - -
presbytero, hac in Dioecesi celebrandi facultate rite instructo, per praesentes licentiam facimus ut a die hodierna - - - - - - - - - - - - - - - - ad diem ultimam mensis iulii anni proximi e Dioecesi Barcinonensi abire et in Dioecesim Basileensem, attentis rationibus familiaribus Nobis expositis - - - - - - - - - - transferri possit.

Rev.mos Ordinarios precamur ut praefatum Sacerdotem benigne excipiant, et ad Sacrum litandum quum ad munia ecclesiastica opportune obeunda admittant.

Datis Barcinone, die 3 augusti 1961.

DIOECESIS BARCINONENSIS

De Ex.mi ac Rev.mi Archiepiscopi-Episcopi mandato,

Praescriptum S. C. Concilii circa sacerdotes qui, valetudinis vel rusticationis causa necnon ad spiritualem vitam excolendam, in alienam dioecesim se conferunt:

«Sacerdotes, cum ad locum pervenerint, ubi commorari cupiunt, quam primum Curiae illius loci se sistant, vel, pro rerum adiunctis, Vicarium foraneum sin minus parochum adeant, qui deinceps rem Ordinario suo referre debet.».

(LITTERAE CIRCULARES, DIE 1 IULII 1926., n.° 5)

20371

Nos D. D. Gregorius Modrego Casáus,

Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus-Episcopus Barcinonensis, sacro Pallio insignitus.

DILECTO nobis in Christo Rdo. Dno. Georgio FARRERO Fusté, Presbytero huius Nostrae Dioecesis - salutem in Domino. Multa Christi messis urget Nos in auxilium Nostrum operarios undequaque advocare. Quapropter cum notum perspectumque habeamus tuum zelum colligendi et congregandi in horreum Domini triticum, avulsa zizania, sapientiam deinde, prudentiam, atque pietatem, quibus apud Nos commendaris, te in partem ministerii Nostri libenter assumimus ad Sacramentum Poenitentiae rite et recte Christi fidelibus administrandum, tibi impertientes licentiam et facultatem, absque parochorum tamen praeiudicio, duraturam usque ad Synodum mensis ianuarii anni millesimi nongentesimi sexagesimi quarti - ipsos absolvendi a quibusvis peccatis, Nobis et Sanctae Sedi Apostolicae reservatis exceptis, Monialium tamen confessiones non audias absque specialibus licentiis, iuxta Constitutiones Apostolicas. Absolutionem complicis in quocumque peccato contra sextum Decalogi praeceptum numquam attentare praesumas, adhuc in articulo mortis, si Sacerdos adsit qui munus Confessarii tunc obire queat, nisi certum inde diffamationis aut scandali periculum immineat, sub incurrendis poenis a SS. D. N. Benedicto Papa XIV salubriter statutis. Obligationem denuntiandi sollicitantes ad turpia ex Constitutione Gregorii XV mature perpendas, et instanter obiicias. Caveas omnino ab omni avaritiae specie; immo, si aliquando opportunum necessariumque videatur ut poenitentes Missas celebrare faciant, huiusmodi onus eis imponas cum discretione, nec tibi tuaeve Ecclesiae, aut Monasterio temere addicas, sed modeste arceas; post munuscula vero poenitentium, etiam sponte oblata, ne adeas. Recordare in audiendis confessionibus te iudicis pariter ac medici personam sustinere, et divinae iustitiae simul ac misericordiae ministrum a Deo constitutum esse ut honori divino et animarum saluti consulas. Complicis nomen numquam inquiras; curiosis aut inutilibus quaestionibus, maxime circa sextum Decalogi praeceptum, neminem detineas, et praesertim iuniores de iis quae ignorant nullatenus imprudenter interroges. Sacramentale sigillum inviolabiliter serva; ideoque cave diligenter, ne verbo aut signo aut alio quoque modo et quavis de causa prodas aliquatenus peccatorem. Memento omnino prohibitum esse confessario usum scientiae ex confessione acquisitae cum gravamine poenitentis, excluso etiam quovis revelationis periculo. De doctrina christiana poenitentes interroga diligenter, nisi forte aliud prudentia suadeat. Omnia denique necessaria pro iustificatione ac aedificatione poenitentium, ut prudenter adhibeas. hortamur et stricte iubemus; teque in visceribus Iesu Christi amplectimur, et enixe precamur, ut fructum afferas in patientia, de corde puro, conscientia bona, et fide non ficta. Valeant etiam ad Sacrum litandum et ad verbum divinum praedicandum.

Datis in Nostro Palatio Episcopali Barcinonensi, die tertia mensis augusti anni millesimi nongentesimi sexagesimi primi.

CASUS RESERVATI

I. Substantiis explosivis utendo, gravia damna in personas aut res inferre, vel haec fieri iubere vel suadere.

II. Ex industria edere, vendere aut diffundere libros, libellos aut folia in quibus res lascivae vel obscenae exprofesso tractantur, narrantur, aut docentur; vel etiam imagines in quibus huiusmodi res exprofesso repraesentantur.

Joannes Luzo.
Vic. Gen.

De Ex.mi ac Rev.mi Episcopi mandato,

C. Cecilia, Cr.

El grupo teatral entre los cuales està fotografiado el Padre de la Misiòn. (a la derecha) La foto se hizo por expreso deseo de todos los componentes y como recuerdo.

5 I 8 A

LVCAS
MATTHAEVS

Grégoire Lambert
DOPPLER ZUM PFLUG

Como puede verse en la foto al lado del que llevaba la bandera iban dos muchachos. A continuaciòn, las tres mujeres ataviadas con la tìpica mantilla española y a continuaciòn, los otros españoles.

C 58